Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift

generaret sustinuit EAM. Itaq; in pauco tempore imple
ti sunt dies partus. & assunt hora iudicii. gemitus. dolores.
anxietates. infernales tormentorum dolores. & penitus
NON EGREDIEBATUR. Transit prima dies. se
cunda & tercia & septima DIES. mulier pre nimiis dolo
ribus inferno appropinquabat. Non comedit neq; bibit nec
dormiuit sed clamabat DICENS. Heu mihi infelicissi
me periclitor quam maxime quia incriminata sum lecto
REM. Abeuntes autem dixerunt patri EIUS. Pater ut
timens ne reprehenderetur quasi qui calumpniatus lecto
REM fuisset. tacuit alios duos dies. Puella autem in tormen
tis posita nec moriebatur nec pariebat. in tantum ut clamo
res eius non ferentes. nunciarent episcopo dicentes. quia testa
tur cum sacramento illa infelix clamans diebus ac nocti
BUS. quia CRIMINAVIT lectorem. Tunc misit episco
pus ad diaconum. & mandauit EI DICENS. Ora
ut liberetur que te CRIMINAVIT. Ipse autem
nec respondit ei nec ostium aperuit. Ex qua die enim in
gressus clauserat se. deprecabatur xpi DOMINI
secordiam. Pater eius pergit iterum ad episcopum. & fit ORA
TIO in ecclesia & nec liberata est. Surgens autem episcopus
iuit ad LECTOREM & pulsans ostium ingredi
TUR ad EUM. & dicit ei Eustachi. solue quod ligasti.
Et cum inclinasset genua cum episcopo. statim eximta est mu
LIER. Preualuit enim DEPRECATIO & IN

stantia orationis ad demonstranda calumpniam & arguendi
criminatores. ut et hoc discam quantum pualet instantia orationum de pieu
lis liberare & cognoscam earum apud dnm POTENTIAM.

Incipiunt ad sci paulini pbm
heremite abbatis hieronimo
edita ad edificationem posterorum